

Christus, Gottmensch, unsichtbares Haupt des Mannes, des irdischen Vaters und des Abtes; der Mann, das Haupt der Frau und der Klostersgemeinde. Der Geist nun geht vom himmlischen Vater, als seinem Ursprunge aus, steigt auf den Gottmensch und dann auf das Haupt und die Klostersgemeinde nieder, und durchdringt und belebt, wie die Seele den menschlichen Leib, den Abt und alle einzelnen Mönche, und zwar in allen Anschauungen, Gefühlen, in allen ihren Handlungen und Amtsverrichtungen, in allen ihren Schriften und mündlichen Belehrungen. Dieser Geist befähigt den Vater und den Abt und die subalternen Obern, dass sie mit Ernst und Milde (*non amari — non ad indignationem provocare*) ihre Untergebenen behandeln, und treibt alle Mönche an, dass sie sich als Brüder zärtliche Rücksichtnahme beweisen. Dieser Geist veranlasst, dass, wie der hl. Paulus die Kirche (I. Trin. 3. 14). so der hl. Benedict das Kloster geradezu ein Haus Gottes nennt, in welchem niemand in seinem Frieden gestört, selbst der schuldige und gestrafte Mönch nicht in übermässige Traurigkeit versenkt werden solle.¹⁾ Je mehr in einem Kloster diese Anschauungen und Vorschriften beherzigt und ins Werk gesetzt werden, mit desto mehr Wahrheit kann man von demselben sagen: „Hier wohnt der Geist des hl. Benedict, der Geist der Familie, der Geist der Pietät: dieses Kloster ist wahrlich ein *domus Dei*, ein *domus pietatis*.“

(Schluss folgt im nächsten Hefte.)

Expositio in psalmum 45 (44): »Eructavit cor meum verbum bonum«

exarata a Fr. de Sales Tiefenthal, O. S. B.

Imitantes sanctas illas animas, ad quas olim s. Paschasius Radbertus scripsit: „Per campos scripturarum, indesinenter velut apes flores legitis et per prata virentia quaeque mentis et corporis labore pabula virtutum colligitis, quibus reconditis, ac si in alvearis Cordis Christi mella conficiantur“,²⁾ nos accinximus ad interpretandum praedictum psalmum, qui aequè admirabilis videri potest ac quatuor quos in hoc libello periodico³⁾ iam explanavimus, cum pro argumento habeat celebrare nuptias Messiae cum genere humano per synagogam peragendas,

¹⁾ Reg. 31. (Cellerarius) Fratres non contristet — ibid. Nemo perturbetur neque contistetur in domo Dei. — cap. 53. Dominus Dei a sapientibus sapienter administratur. cap. Secreto consolentur fratrem fluctuantem confirmetur in eo charitas.

²⁾ Migne S. I. 120, 997.

³⁾ Videtis Jahrg. XIX, S. 446–451 u. 671–680, und Jahrg. XX, S. 311–325.

quod etiam argumentum est cantici canticorum. Ex quo non immerito inferri posset, canticum canticorum et psalmum hunc a Salamone composita esse. Audiatur tamen de hac re s. Paschasius Radbertus dicens: Epithalamium primum a Salomone in laudem Christi et Ecclesiae compositum esse legimus... Sed et David, qui totus fertur musicus fuisse, in hoc psalmo praetulit formam huius dramatis“ etc. (M. 120, 1010.) Attamen quoad formam psalmi dicendum est, eam non esse dramaticam, sed in toto psalmo loqui prophetam, sive David, sive Salomon, sive alius sit. Quapropter optime scripsit Origenes: „Ex persona prophetae haec dicuntur.“ (M. S. gr. 12, 1427). Et Eusebius adnotat: „Quidam arbitrati sunt ex persona Patris psalmum sive canticum pronuntiare de verbo... Mihi porro haec ad propheticum chorum referenda videntur“ (M. S. gr. 23, 394). Sanctus Augustinus: Hic psalmus, ait „cantatur de sanctis nuptiis, de sponso et sponsa, de rege et plebe, de Salvatore et de his qui salvandi sunt“ (M. S. l. 36, 493).

Ponemus I. locos discrepantes, sicut in quatuor praecedentibus psalmis, II. expositionem ipsam psalmi.

I.

V. 1. לְמַנְצֵחַ, quod in inscriptione multorum psalmorum et Hab. 3, 19 occurrit, constans participio piel a נָצַח, praepositione ל et articulo, certe non significat in finem ἐἰς τὸ τέλος sed victori, praefecto, et si agitur de re musica de qua communiter haec vox accipitur, praecentori. Pro in finem occurrit לְנֵצַח Isai. 34, 10 et multo saepius לְנֵצַח.

עַל-שִׁשְׁנָיִם (sic etiam legitur in inscriptione psalmorum 69 et 80, cfr. etiam 60, 1) non est: pro iis qui commutabuntur ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, sed super lilia, sic alludens ad Ecclesiam congregandam ex Judaeis et gentibus, cfr. commentarium nostrum in cantic. canticor. — Pro שִׁשְׁנָיִם etiam scribi posset שִׁשְׁנָיִם quod significat: ii qui commutantur, sed potius in malum, quod hic non convenit.

Difficillimum est dictu, utrum לְבָנֵי-קֶרַח quod adhuc in inscriptione psalmorum 42, 44, 46—49, 84, 85, 87 et 88 occurrit, vertendum sit a filiis Core vel filiis Core, utrum scilicet filii Core dictos psalmos non tantum cantabant sed etiam composuerant, ut superius Eusebium dicentem audivimus.¹⁾ Core est ille qui cum

¹⁾ At certo unus tantum est auctor psalmi.

adversus Moysen seditionem sereret, a terra absorptus est Num. 26, 11. At tres filii eius Aser, Elcana et Abiasaph (Exod. 6, 24) mirabiliter servati sunt. Posteriores eorum erant e Levitarum numero, qui in templo divinis recinendis laudibus vacabant I. Paralip. 9, 19. II. Paralip. 20, 19. Omnes psalmi hae nota insigniti amore Theocratiae excellunt.

משביר, pro quo Vulg. habet: ad intellectum, LXX εἰς σύνεσιν, in ps. 14, 2 et 41, 2 est participium Hiphila **שב** significans priore loco intelligentem, eum scilicet qui quaerit Deum et posteriore eum qui vera commiseratione ducitur in aegrotum. Optime quadrat haec duplex significatio ad indicandam indolem tredecim psal-morum in quorum inscriptione occurrit, et propterea etiam ibi **משביר** ut participium consideretur et vertatur, inculcans lectori, ut bene attendat ad doctrinam in psalmo propositam. Quod praecipue valet de psalmo hoc, nam si Judaei Messiam accepissent, Paulus de eis scribere non potuisset: „Ζηλον θεοῦ ἔχουσιν ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.“ Rom. 10, 2.

Denique **שיר ידידת** non est: Canticum pro dilecto, sed: Canticum de rebus amabilibus.

V. 2. **רהש** potius est ebullire quam eructare, et pro nobis est praesens. **אמר** est participium: dicens. Insuper pro: velociter scribentis in hebraeo tantum adest **מהיר** festinus.

V. 3. pro Speciosus forma habetur in hebraeo tantum **יפופית** Pual a **יפה** pulchritudo (quo verbo titulus Augustinus) aut pulcher, venustus, speciosus fuit.

V. 4. **חגור** non est accingere, sed accinge. Qua de causa sequens **חרבך** in accusativo ponatur: gladium tuum. Insuper **גבור** est: heros, quod quidem affine est cum potentissime. — Denique **הודך והדרך** in hebraeo ad hunc versum pertinet, in Vulgata autem in initio sequentis positum est: Specie tua et pulchritudine tua. Dependent haec duo nomina etiam a **חגור**, ita ut totus versus vertendus sit: Accinge ut gladium tuum super femur tuum, heros, gloriam tuam et splendorem tuum. **הודך** gloriosam apparentiam quoad fundamentum internum (graece τιμή), **הדרך** quoad splendorem externum (graece δόξα) designat, cfr. Apoc. 4, 9 cum commentario nostro.

V. 5. Initio huius versus in hebr. reassumitur **וַיְהַרְרֵךְ**, quod in Vulgata ommissum est. Attamen habet pro eo: intende, quod autem ei sensu non respondet. **צֵלְחָ** proprie est imperativ: incede. Hic positum est pro adverbio: efficaciter. Vulgata habet pro eo: prospere. **רָבַב** pro quo Vulg. habet: incede, proprie est: vehitor, sive curru sive equo. Pro: et regna Vulgatae nihil invenitur in hebraico. — Pro et mansuetudinem et iustitiam Vulgatae habetur hebraice **וַיַּעֲדֵה-צַדִּיק** et oppressionem iustitiae. — **וְתוֹרָה** non est: deducet te, sed: et doceat te. -- **נִרְאָהוּת** non est: mirabiliter, sed: terribilia.

V. 6. **בְּלֵב** non est: in corda, sed: in cor vel in corde. **אֹיְבֵי הַמֶּלֶךְ** non est: inimicorum, sed: inimici regis.

V. 7. **מִישׁוֹר** potius est: rectitudo quam directio.

V. 8. **אֲהַבְתָּ** et **וַהֲשַׁנָּא** pro nobis sunt praesentia.

V. 9. **אֲהַלֹּת** potius est aloë quam gutta; deest postea et in hebraico; **כָּל-בְּגָדֶיךָ** non est: a vestimentis tuis, sed: omnia vestimenta tua; **מִנֵּי** non est: ex quibus, sed forma poëtica sicut in 39, 15 in fragmento Ecclesiastici a Schechter detecto, pro **מִנֵּים** 150, 4., a **מִן**, ut videtur, chorda, ergo sonitus chordarum. **שִׂמְחֹתְךָ** pro nobis est praesens: delectant te. Quocum concordat Herkenne in thesi ab eo defendenda, ut videre est in appendice ad Dissertationem de Veteris Latinae Ecclesiastici. (Lipsiae 1897.)

V. 10. **בִּיקְרוֹתֶיךָ** (ut **לִיקְחַת** obedientiae Prov. 30, 17) non est: in honore tuo, sed: inter charas tuas. — **בְּכֶתֶם אֹפִיר** non est: in vestitu deaurato, circumdata varietate, sed: in auro vel ornatu Ophiritico, hoc est, ornata mundo aureo, supra vestes posito, quasi tota tecta auro. et quidem ophirico (Job 28, 16. Isai. 13, 12. Gen. 10, 29), id est, optimo, ac si aureis ornamentis induta esset, aureis monilibus, annulis, armillis, torquibus et id genus aliis.

V. 12. **הַשְׁתַּחֲוִי-לוֹ** non est: adorabunt eum sed: adora eum.

V. 13. **יַחְלוּ בַת** proprie est singularis, sed habet praedicatum in plurali, quia agitur de populo Tyri. Insuper in ante muneribus

re-pondet quidem litterae hebraicae כָּ, latine autem pro eo melius cum poneretur, indicans, incolas Tyri venientes adoratum Messiam simul ei allaturos esse munera. Denique pro omnes Vulgatae nihil adest in hebraeo.

V. 14. כָּל-כְּבוֹדָהּ non est: omnis gloria eius (quod scribi deberet כָּל-כְּבוֹדָהּ), sed: tota magnifica, proprie neutrum: eitel Prächtiges, eitel Pracht, cum adiectivum foemininum inserviat ad exprimendum neutrum, cfr. Ez. 23, 41, Ps. 39, 6. Isai. 4, 6. — בַּת-מֶלֶךְ non est: filiae regis, sed: filia regis. — פְּנִימָה non est: ab intus, sed proprie: intus acc. (ins Innere), ut. Lev. 16, 18., tum etiam intus (im Innern) dat. vel abl. Intelligendum est de thalamo, in quo residet filia Tyri, antequam ducatur ad sponsum regem. — מִמְּשָׁבוֹת זָהָב לְבוּשָׁה non est: in fimbriis aureis, sed: ex ocellatis auri vestimentum eius, cum habeat filia Tyri vestem auro intertextam. Nomen מְשָׁבוֹת ocellata, tesselata, Wirkerei; iam occurrit Exod. 28, 11. 13. 14. 25.

V. 15. לְרִקְמוֹת non est: circumamicta varietatibus, neque coniungendum est cum praecedente, ut fit in Vulgata, sed: vestibus acu pictis, vestibus phrygioniciis, cum phrygianis (Junius), aulaeis acu pictis, in buntem Schmuck, parée de broderies. הִנֵּה hic statum indicat ut in לְהַדְרִיחַ in II. Paralip. 20, 21, pro quo alias כָּ usurpatur ut 110, 3. — תֹּבֵל non est adducentur, sed: adducitur. — Post regi Vulgatae ponendum esset virgula ut indicat Ole vejored. Quod postea sequitur vertatur: Virgines post eam, sociae eius, adducentur tibi.

V. 16. verba pro nobis sunt praesentia. Porro בְּשִׂמְחָה proprie est: in laetitiis, non tantum in laetitia, ubi pro in melius poneretur cum. Insuper תְּבִיאֵינָה non est: adducentur, sed: intrant. — Denique הַיְכָל hic non est: templum, sed: palatium, domum scilicet regis. Designat autem Ecclesiam catholicam.

V. 17. יִהְיוּ certe non est! nati sunt; sed: erunt.

V. 18. אֶזְכְּרָה non est: memores erunt, sed: memor ero, memorabo, celebrabo.

II.

Psalmus duas habet partes principales, prima respicit sponsum (v. 2—10), secunda sponsam (v. 11—18). Ambae partes simul sumptae constant sacro numero septem incisorum.

Prima pars quatuor habet incisa.

Primum incisum: Studium poëtae celebrandi eum qui superat pulchritudine homines.

V. 2. Ebullit cor meum verbum bonum,
Dicens ego: opera mea regi dico,¹⁾
Lingua mea calamus scribae festini.

V. 3. Speciosus es prae filiis Adam,
Diffussa est gratia super labia tua,
Propterea benedixit te Elohim in aeternum.

Inspiciamus singula.

V. 2. Ebullit cor meum verbum bonum aequat: grata et iucunda gestit dicere cor meum. Et quidem iure merito, hic psalmus „introducitur enim sponsum in orbem terrarum, et describit sponsam valde gloriosam, et decoratam innumeris varietatum virtutibus.“ S. Paschasius Radbert. M. S. l. 120, 1002. Verbum עֲבֹלְלִיתִי quod tantum hic in V. T. occurrit, in syriaco significat:

scaturit, ebullit, proprie de fonte, sed in sensu translato etiam de sermone, e corde sicut aqua e vena emanante, adhibetur. Scriptores ecclesiastici illud de eructatione ciborum intelligunt, teste Euthymio Zigabeno dicente: „Cernens propheta quod magna quaedam de Christo sibi erant praedicanda, exordio quodam utitur, dicens, sermonem se bonum ac salutarem prolaturum. Tu vero etiam emphasim considera verbi Eructavit (ἐξήρπυξάτο). Illud enim nobis indicare videtur, quod quemadmodum eructatio, etiam a nolentis ore exit, humano nimirum ventre eam vi quadam efflante, ita et hic psalmus de Dilecto ab intimo Prophetæ nostri corde emissus sit, superna quadam vi ita impellente, cum sua vissimo sancti Spiritus epulo refertus esset.“²⁾ Quae conclusio optima est, de cetero comparatione inspirationis cum scaturigine multo melius conveniente. Verba: dico ego annuntiant propositum poëtae, quod in eo consistit, ut dicat operationem, activitatem suam, regi Messiae. „Profero autem, inquit, Christo Regi opera mea, hoc est, prophetias quas de eo afflatus Spiritu pronuntio. Prophetæ enim opus est prophetias contexere.“ Euthymius ut supra. Et cum hic agatur de celebrando Messia, ad quod faciendum poëta tanto studio se impulsus esse dixit, bene adiungit: Lingua mea velociter

¹⁾ a dicere, intelligentiæ causa positum.

²⁾ Migne S. gr. 128, 490.

currit, scilicet dictante Spiritu sancto, ut stylus promptissimi scribae. „Quodque mirabile admodum est, linguam suam non manum scribae eruditi, neque scribam vocat, sed calamum scribae velociter scribentis, declarans linguam propheticam, alterius ea utentis, sancti videlicet Spiritus, instrumentum esse. Is sane scriba, cuius stylus et calamus erat prophetarum lingua“ etc. Euseb. 23, 395. Qua de re etiam consulatur Euthymius.

V. 3. Jam incipit vates celebrare Messiam 1^o ob eius speciem, 2^o ob gratiam sermonum eius, propter quam eum a Deo benedictum dicit in aeternum.

Dicit ergo primo, Dilectum speciosum esse prae filiis hominum. Ad quod explicandum optime faciunt versus 10^{us} ad 16^{um} capitis 5ⁱ Cantici Canticorum, de quibus consulatur commentarium nostrum in s. Canticum. Ibi versu 10^o Dilectus dicitur Electus ex millibus, ad quod optime s. Beda adnotavit: „Electus ex millibus, quia ex omni genere humano unus Mediator Dei et hominum, per quem mundus reconciliatus, assumptus est a Deo, solus mortalium de coelo audire dignus fuit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.“ Bene etiam ad hunc locum scripsit Eusebius: „Exinde vero canticum in Dilecti personam orditur, sicque compellat ipsum: Speciosus es forma, pulcher es, et pulchritudine ornatus es, sive pulchritudine decoratus es, o Dilecte, super filios hominum. Etiam si enim tute unus sis e numero filiorum hominum, atque iis qui in terra versantur annumeratus sis, at nulla pulchritudo est tuae comparanda.“ M. S. gr. 23, 395.

Secundo laudatur Messias ob gratiam sermonis eius, quo non tantum veniunt verba, quae procedebant ex cre eius sacratissimo, sed etiam praedicatio evangelii. Ad quod explicandum praepriis faciunt verba s. Cantici: „Labia eius lilia, Distillantia myrrham primam.“ 5, 13. Et quod dixit s. Petrus ad eum: „Verba vitae aeternae habes.“ Joh. 6, 69. Propterea et homines de eo dicebant: „Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo.“ Joh. 7, 46. Propterea sancti Patres tanti faciebant eloquia Domini Nostri, et auctor de Imitatione Christi ea cum Corpore eius sanctissimo comparat l. 4. c. 11.

De virtute evangelii autem valent verba Christi ipsius: „Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in aeternum.“ Joh. 8, 52. Ad quod illustrandum imprimis inservit pars secunda ps. 19 (18), 8—15 et tot effata ps. 119 (118). Bene etiam dicit s. Paschasius Radbert.: „Gratia divini verbi de fonte oris Christi manavit, totumque replevit mundum.“ M. S. l. 120, 1024.

Additur in fine versus, Messiam ob gratiam sermonis benedictum esse a Deo in aeternum, quod dupliciter intelligendum est, scil. de genere humano, quod Christus recepturus

erat in mercedem pro opere Redemptionis, sicut canunt psalmi 2 et 110, et de laude, quam ob opus Redemptions accipit in aeternum in coelo, teste Apocalypsi 5, 8—12., prout videre est in commentario nostro.

Positis causis laudis Messiae, invitat vates in secundo inciso Messiam, ut revera utatur potentia sua ad obtinendam victoriam boni de malo. Dicit ergo:

V. 4. Accinge ut gladium tuum super femur tuum, o heros,
Gloriam tuam et splendorem tuum:

V. 5. Et splendore tuo efficaciter vehitor
In bonum¹⁾ veritatis et oppressionis iustitiae
Et doceat te terribilia dextera tua.

V. 6. Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent —
Feriuntur²⁾ in corde inimici regis.

Trutinemus singula.

V. 4. Invitat ergo Vates Messiam, ut cingat ut gladium super femur suum gloriam suam et splendorem suum. Quae magis explicantur in apocalypsi 6, 2: „Et vidi, et ecce, equus albus, et qui sedebat super illum, habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens et ut vinceret“, ubi sermo est de Christo per doctrinam suam subiugante sibi mundum, et 19, 16: „Et habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium“, ubi Christus ut victor de decem regibus exhibetur. Invitatur Messias ut cingat gladium super femur, sicut mos fert. Quisnam hic gladius sit, determinatur verbis: gloriam et splendorem tuum, de quibus videsis in locis discrepantibus dicta. Et quodnam veniat per gloriam et splendorem eius dicit Apocalypsis verbis: Rex regum et Dominus dominantium. In hoc ergo consistit gloria eius et splendor. Quia ergo talis est, invitatur, ut exeat vincens et ut vinceret, id est, ut in expeditione sua bellica eat de victoria ad victoriam. Consulatur commentar. nostrum in Apocalypsin et commentar. nostrum in Canticum ad 2, 4. „Exivit, inquam, sedens super equum, id est, processit per discipulos ad convertendum homines.“ St. Victorin. Et dicitur in Oratione s. Patritii: „Deus, qui ad praedicandum Gentibus gloriam tuam“ etc. Continuat inceptum argumentum in

V. 5^o, ubi Messias invitatur, ut equitet per terras, diffundens veritatem, liberans iniuste oppressos, denique faciens terribilia.

Primum fecit diffundens per praedicatores veram re-

1) על-דבר super verbum sequat propter, in bonum.

2) Intelligentiae causa intercalatum.

ligionem, ita ut templa idolorum corruerint et ubique terrarum aedificata sint templa vero Deo dicata.

Secundum fecit diffundens per praedicatores suos doctrinam de aequalitate omnium hominum, ita ut soluta sint vincula servitutis et societas hominum temperata sit legibus verae humanitatis. De qua re testimonium dant Actus Apostolorum, Epistolae Novi Testamenti, Epistola ad Diognetum, opus s. Augustini De moribus Ecclesiae catholicae, opus Josephi de Maistre dictum Du Pape, illud Mgr. Gaume nuncupatum Les trois Rome, denique historia Ecclesiae et Mundi veridica.

Quaenam denique opera terribilia patrandae erant ad hoc efficiendum, praedixerat Apocalypsis.

Sic affectum habuit et habebit praedictio s. Zachariae: „Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostris in viam pacis.“ Et dictum s. Paschasio Radberti: „Processit prospere per se, processit per sanctos praedicatores, et dilatatum est regnum ipsius, et adhuc hodie dilatatur, cum subduntur ei omnes gentes.“ 120, 1029. Et dictum s. Thomae: „Christus fuit in lumen et salutem gentium per discipulos suos quos ad praedicandum gentibus misit.“ Summa Th. P. 3. qu. 42 ad 1. — Adhuc magis explicetum argumentum inceptum.

(Continuatio in fasc. seq.)

Ueber den Einfluss der Cisterciensermönche auf mittelalterliche Baukunst in Schweden.

Probe-Vorlesung, gehalten am 28. Januar 1899
an der Universität Lund von Ewert Wrangel. — Uebersetzt von Reichsarchivrath Dr. Wittmann, München.

(Schluss zu Heft 4, 1899, Seite 664—671.)

Die meisten schwedischen Cistercienserkirchen zeigen auffallend einfache Formen, wie das die Ordensregel und die Armut des Landes mit sich brachte. Sie entbehren ursprünglich des Thurmes im Westen, nur ein Dachreiter konnte sich über dem Mittelquadrat erheben. Man findet bei ihnen ein ausgedehntes, dreischiffiges Langhaus sammt erhabenem Mittelschiff (bisweilen mit einem Vorsaal im Westen), vorspringende Kreuzflügel und eine entwickelte Chorpartie. Nydala, Alvastra, Roma und Wårfruberga scheinen, kleinere Abweichungen nicht gerechnet, mit Schema Clairvaux II übereingestimmt zu haben. Die Klosterkirchen zu Herrevad und Sorö dürften vermuthlich nach gleichem Grundplan errichtet worden sein; so kann man wohl annehmen, dass diess bei den andern älteren Cistercienserkirchen (vielleicht auch Warnhem) in seiner ersten (Anlage) ebenfalls zugefallen hat.